Гр. IV. Курд. № 35 стр. 422

ЦѢНА ДВА РУБЛИ

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogi-
tiae Kijoviae Volhyniae Podoliae Podlachiae Livoniae
Smolensciae Severiae Czernichoviaeq; nec non haere-
ditarius Dux Saxoniae Princeps Elector. Significa-
mus praesentibus Literis nostris quorum interest uni-
versis et Singulis. Productas esse coram nobis Literas
pargameneas manu Serenissimi Divae memoriae Augu-
sti Secundi Regis parentis nostri desideratissimi sub-
scriptas Sigilloque Regni Pensili communitt, sanas salvas et illaesas
omnique Suspicionis nota carentes, confirmationem Iurium et liberta-
tem oppido Suraż nuncupato et Serenissimis antecessoribus nostris
datt et collattorum in se continentes Supplicatumque nobis est nomi-
ne et proparte eorundem oppidanorum Surażen, ut easdem literas
Authoritate nostra Regia approbare confirmare et ratificare dignaremur
Quarum quidem literarum tenor sequitur eiusmodi. Augustus Secundus
Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae Russiae Pru-
siae Masoviae Samogitiae Kiioviae Volhyniae, Podoliae Podlachiae
Livoniae Smolensciae, Severiae, Czernichoviaeque nec non haeredi-
tarius Dux Saxoniae et princeps Elector. Significamus literis no-
stris quorum interest universis et singulis exhibitas coram nobis esse
literas pargameneas manu Serenissimi Michaelis Praedecessoris
nostri suprascriptas Sigilloque regni communit, sanas salvas et
illaesas omnique Suspicionis nota carentes continentes in se iura et
libertates a Serenissimis Antecessoribus nostris Regibus Poloniae
oppido Suraż nuncupato datt et collate ac confirmat. Supplicatum
que nobis est ut easdem literas authoritate Nostra Regia aprobare
ratificare et confirmare dignaremur quarum quidem literarum
tenor de verbo adverbum sequitur eiusmodi. Michael Dei gratia
Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae
Masoviae Samogitiae Kiioviae, Volhyniae, Podoliae Podlachiae
Livoniae Smolensciae Severiae Czernichoviaeque Significamus pre-
sentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis Exhibitt
nobis esse literas Pargameneas manu Serenissimi Ioannis Casimiri
Praedecessoris nostri suprascripta Sigilloque maioris Cancellariae
regni communitt sanas, salvas et illaesas omnique Suspicionis nota
carentes continentes in se Iura et libertates a Serenissimis Antecessori-
bus nostris oppido Suraż dicto datt approbatt et confirmatas suppli-
catumque nobis est, ut easdem literas Authoritate nostra regia appro-
bare ratificare et confirmare dignaremur quarum quidam literarum
tenor de verbo ad verbum sequitur eiusmodi. Ioannes Casimirus Dei
gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae Russiae Pru-
siae Masoviae, Samogitiae Livoniae Smolensciae Czernichoviaeque
nec non Svecorum, Gottorum Wandalorumque haereditarius Rex
Significamus presentibus literis nostris quorum interest universis et
Singulis Exhibitas nobis esse literas pargameneas infra scriptas, manu
Divae memoriae Serenissimi Vladislai IV Fratris nostri desiderati-
ssimi subscriptas et Sigillo regni Maioris Cancellariae communitas
sanas salvas, et illaesas omnique Suspicionis nota carentes Suppli-
catumque nobis est ut easdem Authoritate nostra Regia approbare
et confirmare dignaremur. quarum tenor talis est. Vladislaus IV
Dei Gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae Russiae
Prussiae Masoviae Samogithiae Livoniae Smolensciae Czerchoviaeq;
nec non Svecorum Gottorum Vandalorumq; Haereditarius Rex
Significamus praesentibus literis Nostris, quorum interest univer-
sis et Singulis Exhibitas nobis fuisse literas Pargameneas manu Sere-
nissimi, olim Sigismundi Augusti Regis Poloniae subscriptas

Sigilloque minoris Cancellariae communitt sunas salvas et illaesas omnique Suspitionis nota carentes Supplicatumq nobis est ut eas Authoritate nostra regiá approbare et confirmare dignaremur, quarum literarum tenor de verbo adverbum sequitur talis In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. quoniam res Gestae hominum vetustate et oblivione hominum intereunt prudenter literarum monumentis aeternitati commendantur. Proinde nos Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, necnon Terrarum Cracoviae, Sandomiriae Siradiae Cujaviae Lanciciae Russiae Prussiae Masoviae Podlachiae Volhyniae culmensis Elbingensis Pomeraniae Samogitiae Livoniae que Dominus et haeres Significamus presentibus literis quorum interest universis et Singulis presentium notsciam habituris. Exhibuerunt nobis oppidani de Surax oppido nostro in Terra Podlachiae posito Literas Pargameneas salvas integras et omni Suspicione carentes Sigillo appenso magni ducatus Lithuaniae communitas et manu nostra subscriptas; quibus nos Illustrissimi Alexandri olim ducis Lithuaniae Patrui nostri Privilegium quo divae memoriae Casimiri Avi nostri praedicto oppido largitae et concessae quaedam libertates confirmatae fuerint itemque permulta alia Jura et beneficia ab ipsomet Alexandro seorsim indulta continebantur Authoritate nostra Ducali confirmavimus et perpetuum robur ac firmitatem illas habere declaravimus. Sed quoniam hoc generali Regni conventu Lublinensi omnes Terras Podlachiae quae in regni Nostri Poloniae rationibus tanquam primeno suo overo corpori restituimus atque univimus, ea de causa Suplicarunt nobis praefati oppidani de Suraz ut illas ipsas eorum literas denuo authoritate Nostra Regali confirmaremus atq Habilitaremus, quare quidem deverbo adverbum tenor sequitur est ejusmodi In Nomine Domini Amen. Ad Sempiternam rei memoriam Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae Masoviae Etc. Dominus et haeres Significamus tenore presen quibus expedit universis et Singulis quibus interest vel interesse poterit presentibus et futuris narram notciam habituris. Quia cum exhibitum esset, coram nobis per consulem et consularem Oppidi Nostri Surax in Terra Podlasien et Territoriis Bielscen Magni Ducatus nostri Lithuaniae sitt nomine universitatis ejusdem oppidi huc ad nos cum Speciali mandato missos Diploma seu privilegium eorum a Maioribus nostris illi oppido concesum in pargameno descriptum, Sigilloque Serenissimi divae memoriae Alexandro patruimostri desideratissimi appenso communitum Suplicatumque nobis est, ut quando quidem hoc ipsum Diploma Tauli Superioribus diebus casu quodam fortuito nempe quod damus illa in qua hoc ipsum cum scriniolo asservabatur ss tempestates et turbinis nudata parte tecti illius impetuque imbrium, tum cohortarum perstillaret obidque aquis aliquantla per huiusce diplomatis fere in medio madefacta esset, unde et scriptura in locis quibusdam haudmodice obscurata et ceu polluta videbatur hoc tamen ut legi et discerni ad huc posset quare illud exscribi denuo iuberemus authoritateque nostra clementer approbare et confirmare dignaremur. Quod cum nos haud iniquum existimaremus considerandoque hoc ipsum Diploma memoratum esse salvum et omni prorsus Suspicione carere illud denuo exscribi iussimus. Quod quidem deverbo adverbum in originali suo ita habetur. In nomine Domini Amen. Et quia ea quae inter mortales sub tempore fiunt negotia procedente aetate in oblivionem venirent, ad posterosque et Successores nulla negotiorum gesta pervenirent. Proinde regum et principum

quum

2

ЦѢНА ДВА РУБЛИ

alta consilia invenerunt ut huiusmodi negotia quae sub eorum Principatu et Regimine aguntur ut in notitiam Posterorum deducantur literis Commendari solent, earum fideli Testimonio perennatura. Ad perpetuam proinde memoriam rei Nos Alexander Dei gratia magnus Dux Lithuaniae, nec non Terrarum Samogitiae Russiae, Prussiae, Kijoviae, Dominus et haeres Significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris quomodo venientes ad presentiam nostram circumspecti proconsules et consules civitatis nostrae Suraż nomine et communi totius communitatis nobis supplicarunt ut ipsis Jura et Privilegium Juris Theutonici Magdeburgen ipsis per Serenissimum Principem et Dominum Casimirum olim regem Poloniae et magnum Ducem Lithuaniae Genitorem nostrum charissimum dat confirmaremus Nos volentes in robore et firmitate literis genitoris nostri expressa habere et conservare ad memoriam sempiternam. Significamus per presentes universis et singulis tam praesen. quorum futuris praesentium notitiam habituris Quomodo volentes civitatis nostrae Suraż conditionem meliorem fieri, et in multitudine populi felicia suscipere incrementa ad perpetuae civitatis nostrae Suraż ac omnibus et singulis cives et incolis utriusque ritus videlicet tam Sanctae Romanae tam Graecae Ecclesiarum cultoribus ipsum civitatem inhabitantibus presentibus et futuris quia dedimus et contulimus et presentibus damus et conferimus Jus Teutonicum quod Magdeburgense dicitur ibidem perpetuo duraturum, in omnibus suis constitutionibus nostris Vilnae, Kowno Brzeście dedimus et contulimus et prout Jus ipsum Theutonicum habet et requirit removentes in expressa civitate Suraż omnia alia Jura modos et consvetudines universas, quae ipsum Jus Theutonicum Magdeburgen plerumque perturbare consveverunt. Eximimus imprimis absolvimus et liberamus perpetuo omnes et singulos cives et incolas civitates Suraż ab omni Jurisdictione et potestate omnium Ducatu nostri Lithvaniae et Russiae Palatinorum Capitaneorum Judicum et aliorum officialium et a curia in eadem Suraż et eius officialibus ita quod coram ipsis aut coram aliquo pro causis tam parvis quam Magnis puta furti sanguinis homicidii incendii et membrorum Mutilationis, et quibus vis aliis minime respondere nec aliquas poenas solvere tenebuntur, sed tantum coram Advocato ipsorum et non aliter quam Jure Theutonico Magdeburgen Advocatus autem coram nobis aut nostris Successoribus et hoc dum literis nostris fuerit respondere tenebitur Insuper expressus cives civitatis Suraż eximimus et liberamus ab exactione tabernalium alias Kapszczyzna perpetuo et in aevum harum quibus Sigillum nostrum presentibus est subappensum Testimonio literarum. Actum et datum in Merecz feria quinta post festum exaltationis Sanctae crucis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quinto presentibus ibidem Illustri duce Georgio Szyrzmiszowicz Tenutario in Pinsko, Magnificoque strenuis Nobilibus Petrasio Mortygierdowicz Terrae Litvaniae Marschalco generali, Joanne Gasztołd Vilnensi et Joanne Maniwidowicz Trocensi Palatinis, Sienkone Gołygołowicz Michaele Cancellario aliisque quamplurimis Testibus fide dignis Nos vero expressus Alexander Dei gratia Magnus Dux Lithuaniae etc. M. etc. Dum literas Privilegii iam insertas genitoris nostri Charissimi roborare, prout iam roboravimus, sed etiam expressam civitatem Suraż et ipsius Incolas gratia et donatione nostra speciali providere et Augere volentes ad Supplicationem eorundem civium ut ipsis quasdam terras seu agros daremus quia parvos et ferre nullos agros haberent volentes itaq expressam civitatem dilatare, et cives eam inhabitantes itaque expressam civitatem dilatari, ut cives eam inhabitantes reddibus et tributa nostra solvere sufficerent, sed quia agri seu terrae civiles Stwiebne[illegible]

et tributariae vulgo Dziakelne dictae quondam hominum nostrorum aliae
vero desertatae advenerant seu continuatae sunt in sub civitatem expressam
nos volentes civitatae expressae defectum providere absque praeiudicio
hominum qui in eisdem Terris resi derent commisimus et mandavimus
specialiter Mco Nicolao Mikołaiewicz Subpincernae Magni Ducatus Lithu-
niae et Capitaneo Bielscen ut pro eisdem agris seu terris possessionatis com-
mutationem redderet, desertatas vero adiungeret, et quod omnes sic huius-
modi agros circum equitaret et granitiebus limitaret pro expressa civitate,
expressus vero Nicolaus Mikołaiewicz Capitaneus Bielscensis secundum eam missio-
nem et mandatum nostrum Agros seu Terras pro civitate expressa circumequita-
vit vulgaliter Obiachał et limitavit, incipiendo a fluvio Narwia inferius directe per
fluvium Kruska et fluvio usque ad molendino nostro a molendino vero eodem fluvio Kru-
ska in altum fluvium Iesieniowka, ubi Kruska advenit, et sibi coniugitur superius
fluvium Iesionowka et ibi signalia facta sunt in arbore Brzest, et ab istis signa-
libus granities transeunt, per depressum alias Łęgiem et in aquosum alias Mokra
Gława usque a campos elaboratos, et ab eodem loco directe per campos elabora-
tos et ab eodem loco directe per campos et mericas alias Dąbrowy usque ab
extremum Sylvae Hołaczu dictam et Sylvam istam pertereundo et ultimus
limas directe per lutum iuxta Narew fluvium superius civitatem unde ex-
pressus Capitaneus Noster huiusmodi limitationem ex Mandato nostro factam
nobis et scripter obtulit quam literis seu Privilegiis inserere mandavimus
approbavimus, et confirmavimus. Agros huiusmodi et campos sicuti
expressum est circumequitatos pro civitate expressa Suraż, consignendas
inscribendas praesentibusque inscribimus haben tenen pacifice et quiete
possiden nunc et in perpetuum. De quibus agris et pratis sic limita-
tes et per nos donates expressi cives quilibet de parte sua agrorum per
ipsum possessa et laborata Decimam Manipularem de omni grano Plebano
Ecclesiae Parochiales inibidem solvere tenebuntur tam Graecae quam Latinae Ecle-
siae neminem excipiendo granities vero et limites antiquos quos cum villa Piątkow
ex antiquo habuerant et usque habent qui limites transeunt, iuxta Terras Teri-
genarum nostrarum dictorum Śniedzigrochy et vadunt usque ad Gązowka fluvio-
lum et ab eodem fluviolum usque ad narew fluvium huiusmodi granities et limi-
tes antiquos ipsis presentibus confirmamus; Item expressi oppidani coram
nobis exposuerant, quomodo tempore siccitate et inundationis defectus haberent
molendinorum. Unde volentes tanto defectui ipsorum subvenire, Ipsis ad-
misimus et presentibus admittimus molas manuales alias Żarny in
domibus haben et eisdem molis molari sub tali tempore siccitatis vel inun-
dationis. Tempore vero quo molendina sufficerent molare ipsis huiusmodi
molis non admittimus excepta pauca molatione sicut pro pulmentis vel
commodo insuficientibus et pauperibus hominibus istud concedimus damus
insuper et admittimus expressis oppidanis sylvas nostras et nemora liberas
pro aedificiis et lignis absque quavis prohibitione Tenutarii nostri et sui
officiales terrigenarum. Eximimus insuper expressos oppidanos a foralibus
alias Targowego et homines de districtu alias z Włości exceptis forensibus
hominibus et advenis qui solvere tenebuntur, Admisimus preterea et
presentibus Admittimus expressis oppidanis fluvium Narew liberum
ad piscandum et faciendum obstacula alias Jazy et ut ea expressa civitas
Suraż meliori ordine dirigatur secundum dispositionem Magdeburgen-
sem ordinavimus constituimus et praesentibus ordinamus, quod
communitas cum Advocato haereditario Annis singulis tres con-
sules eligant, qui tres consules cum comunitate simul quar-
tum Proconsulem eligere debebunt et non aliter. Qui consules
post Electionem nobis de obedientia servanda et Iustitia pauperis et
divitis praestanda toties quoties eos eligi contigerit Iuramentum praestare
tenebunt. Item ordinavimus et ordinamus quod paenae iudicatae alias Sołocz-
ne nihil amplius nisi decem solidi recipiantur quae faciunt sedecim Terna-
rios Testimonialis vero alias Pamiętnego quatuor Solidi et non amplius
Item consuetudinem Kunica dictam quae recipiebatur, quam de partes

inter se iniuriatae amicabiliter componerent absque Iuris scitu quam nos consuetudinem et alias Ruthenicas peritus annihilamus Decernimusque quod omnino accipiantur. Iudex Iuratus Iudicium banire debebit in duabus Septimanis excepto Iudicio necessario, officiales vero cum consulibus praeter expositum Iudicium Banitum nihil iudicare debebunt nec aliquas decernere paenas solum banito seu exposito Iudicio. In quorum omnium evidentius Testimonium Sigillum nostrum praesentibus est subappensum Actum et datum in Grodno Feria Sexta post Festum Sancti Bartholomei proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Primo presentibus ibidem Rndis Mcis et Gnosis Dno Alberto Episcopo Alexandro Iuriowicz Castelano Vilnen. et Capitaneo Grodnensi Ioanne de Zabrzezie Palatino Trocensi et Marschalco Supremo M.D. Lttae Nicolao Mikolaiewicz Suppincerna M.D. Lttae et Capitaneo Bielscen Ianusio Alexandrowicz Incisore Nostro et Tenutario Slomnicensi Michaele Duce Chlivien Marschalco Curiae nostrae, Petro Olechnowicz Magistro coquinae nostrae Nicolao Gingitowicz Magistro coquinae Ducis Nostri, et aliis quam pluribus fide dignis per manus Stribilis Stanislai Venetr Notarii nostri, qui presentia habuit in commissis Insuper etiam Nos Sigismundus Augustus praefatus eorumque oppidanorum Supplicationibus clementer annuendo, hoc ipsum sic modo descriptum Privilegium seu diploma et omnia singulaque in eo contenta uti iusta et legitima approban. confirman. dicimus approbamusque et confirmamus per presentes decernentes omnia et Singula in eo contenta robur debitae et perpetuae firmitate obtinere debere Testimonio literarum quibus Sigillum Nostrum est subappensum, quas et manu nostra subscripsimus. Actum et datum Cracoviae Sabatho ante ferias divae memoriae Magdalenae quae erat vigesima mensis Iulii Anno et Natali Dni salvatoris Millesimo quingentesimo Quadragesimo Nono Presentibus Rndos in Xto Dno designato et confirmato Episcopo Luccoriensi Illustro et Mco Nicolaus Radziwil supremo Marschalco M.D. Litt Capitaneo Brzesten. et tenutario in Szawle, ac Duce de Olyka et Nieswiez et Vrbli a Gnoso Petro Arciechowski praeposito Slomnicensi Floriano Zebrzydowski Referendariis curiae nostrae Ioanne Podlasen. et Sekretariis Nostris et caeteris quam plurimis officiariis et Aulicis curiae nostrae fide dignis Testibus circa praemissa Sigismundus Augustus rex subscripsit. Nos igitur huic iustae praedicti oppidanorum supplicationi annuentes privilegium et omnia quae in eo tam generaliter quam specialiter velut aequa vel legitima continentur ratificanda et approbanda duximus, uti quidem approbamus et confirmamus praesentibus literis nostris. Volentes haec omnia suprascripta in omnibus suis punctis clausulis articulis firmitatem perpetuum et aeternum robur habeant Iuribus nostris Regalibus semper manentibus salvis In cuius rei fidem et testimonium, sigillum nostrum praesentibus est subappensum Datum Lublini in conventu Regni nostri generali Die quarta mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo nono Regni vero nostri Anno Quadragesimo presentibus Rndissimo et Rndis in Christo Patribus D.D. Iacobo Uchanski Archiepiscopo Gnesnen. Legato nato et regni Poloniae primatae Philippo Padniewski Cracovien. Stanislao Czarnkowski Vladislavien. Adamo Konarski Posnanien. Stanislao Hosiis Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinali Varmiensi, Petro Myszko Plocensi, Alberto Starozrebski Chełmensi Episcopo, nec non Mcis generosis et Nobilibus Sebastiano de Mielecz Castelano Cracoviensi Stanislao Myszkowski de Mirow Cracoviae Petro

Zborowski Sandomirien, Alberto Laski Siradiensi Joanne Sierakowski Sancicien Joanne de Stuzewo Brzesten Joanne de Kratowzyno Juniwladislavien, Georgio Jastowiecki de Oziezacz Podoliae Joanne de Dabrowa Lublinen et Regni nostri Marschalco Andrea Dembowski Beh,ini Stanislao Sobek de Sulejow Sandomirien et regni nostri Thesaurario, Nicolao de Mielecz Weynicen Andrea Dembowski Siradiensi, Jacobo Lawski Lancicensi Raphaele Dzialynski Brzestensi, Adamo Drzewicki Juniwladislavien Stanislao Herburtti de Fulsztyn Leopoliensi Castellanis Valentino Dembinski Cancellario Francisco Krasinski praeposito Plocensi et Vice Cancellario Regni nostri Stanislao Barey de Blozew Marschalco Stanislao Sandiwogio Czarnkowski commendatario Poznaniensi, Stanislao Ossowski Canthore Gnesnensi, et curiae nostrae Referendariis Joanne Benikowski praeposito Lovicien Stanislao Kiczinski Scholastico Gnesnensi et aliis quam plurimis dignatariis officialibus Sekretariis et aulicis nostris fide dignis datum per manus Rndi Francisci Krasinski praeposito Plocenii et Regni nostri Vice Cancellarii Sincere nobis Dilecti Sigismundus Augustus. Nos itaque Vladislaus quartus Rex praefatus huic suplicationi civium praedictorum quoque benigne annuentes praeinsertas literas in omnibus earum punctis clausulis et conditionibus approban et confirman esse duximus uti quidem in quantum Juris est et usus earum habetur approbamus et confirmamus praesentibus literis nostris decernendo easdem vim et robur perpetuae firmitatis obtinere debere. Juribus regni et Rei Publicae Ecclesiaeque Catholicae salvis Manentibus. In cuius rei fidem presentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri Jussimus datum Varsoviae die duodecima Mensis Martii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo Regnorum nostrorum Poloniae et Sveciae Quinto Anno. Vladislaus Rex. Sigillum appensum Maioris Cancellariae Regni. Nos itaque Joannes Casimirus praenominatus, Supplicationi eiusmodi civium Nostrorum Surazensium apud nos factae benigne annuen. praeinsertas Privilegii Literas in omnibus earum punctis, clausulis Articulis nexibus et conditionibus Authoritate nostrae Regia approban et confirman esse duximus approbamusque et confirmamus esse duximus literis nostris decernentes easdem vim et robur debitae et perpetuae firmitatis, in quantum iuris est obtinere et ab omnibus inviolabiter observari debere. In quorum Maiorem fidem presentes manu nostra subscripta Sigillo regni communire jussimus. Datum Cracoviae in comitiis felites coronationis nostra et Sveciae XII Mensis Februarii Anno Dni MDCXLIX. Regnorum nostrorum Poloniae et Sveciae Primo Anno Joannes Casimirus Rex Sigillum appensum Cancellariae regni Mathias Cilecki Sekretarius S Rae Mtis. Nos itaque Michael Rex praeinsertas Literas in omnibus earum Articulis punctis conditionibus et clausulis in quantum Juris sunt approbandas confirmandas et ratificandas esse duximus uti quidem approbamus confirmamus et ratificamus praesentibus literis nostris, decernentes easdem robur et valorem perpetuum debitae firmitatis debere obtinere. In cuius rei fidem presentes manu nostra subscriptas Sigillo regi communiri jussimus. Datum Varsoviae die XIII Mensis Novembris Anno Domini MDCLXX. Regni nostri Secundo Anno Michael Rex. Joannes Wolowski Sekretarius Ca. Rae Mtis Sigillum appensum Cancellariae Regni. Nos itaque Augustus Secundus Rex Supplicationi civium et oppidanorum praefati oppidi Suraz apud nos factae benigne annuen praeinsertas privilegii literas in omnibus earum punctis Articulis, clausulis nexibus et conditionibus Authoritate nostra Regia approban et confirman esse duximus prout quidem in quantum Juri communi non repugnant approbamus confirmamus et ratificamus praesentibus literis nostris decernentes eandem vim et robur perpetuae firmitatis obtinere debere ab omnibus quae inviolabiliter observare debere. In quorum fidem presentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri

iussimus Datum in Białystok Die XVIII Mensis Januarii Anno
Dni. MDCCXXVII Regni nostri Anno XXX. Augustus Rex
Locus Sigilli pensilis Regni Nicolaus Dembowski Canicus Cathe-
dralis Plocensis Sac. Rae. Mattis Secretarius Nos itaq Augustus Ter-
cius Rex Supplicationi praedictorum oppidanorum Surazensium ad nos
factae benigne annuentes, praeinsertas Privilegium Literas in omnibus
earum punctis, articulis clausulis necnon et conditionibus Authoritate
nostra Regia approbare confirmare et ratificare esse duximus prout
quidem inquantum juris sunt approbamus confirmamus et ratificamus
presentibus literis nostris, decernentes easdem vim et robur perpetuae firmi
tatis obtinere et ab omnibus inviolabiter observare debere. In quorum fidem
presentes manu nostra Subscriptas sigillo Regni communiri jussimus
Datum Varsoviae in comitiis Regni generalibus Die XIV Mensis
Novembris Anno Domini MDCCXLVI Regni vero nostri XIV
Anno. Augustus Rex confirmatio Jurium et Privilegiorum oppi-
do Suraż in Palatinatu Podlachiae sitt servien Joannes Kłopo-
towski Canonicus Cathedralis Premisliensis praepositus Solecen Sac. Rae
Maiestatis Sigilli Regni Minoris Secretarius.